

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Zweiter Band.

Mit fünf Handschrift-Tafeln.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1877.

Aus Handschriften.

Von W. Wattenbach.

I.

Von dem Einband des Cod. lat. Monac. 14944 aus St. Emmeram sind zwei Blätter einer Handschrift der Lex Bawar. saec. IX. in kleinem Duodezformat abgelöst. Das erste beginnt im Prolog MG. Legg. III, 258, 15 *consuetudo*. Varianten: Z. 16 *est* fehlt. — *longa consuetudo*. — *tractantundem* (gleichzeitig verb. in *tracta t.*) 259, 1 *quodam*. — 2 *iam quod rationem construerit* (verb. *constiterit*). — *disciplina* (verb. *disciplinae*). — *conueniet et quod*. — 3 Mit 'proficiat' endigt die erste Seite; oben ist etwas abgeschnitten, man liest: *usum est*. — Z. 4 *Deotrichus*. — *cum | cum esse incataleonis*. — 5 *Ipsa tictante*. — 6 *pagiorum*. — *qui*. — 7 *adeditque adende | rant inpr.* — 8 *reseruauit*. Et. Hier endigt das erste Blatt; das zweite beginnt, von anderer Hand geschrieben, 302, 18: *ter noueret dat. — casas. IIII. publice*. — 21 *si in duas*. — 303, 1 *ad* und 1 fehlen. — 2 *sacramentales*. — *iuret* ist halb abgeschnitten, es fehlt wohl nur Et; oben fehlt nichts, und die folgende Seite beginnt Z. 7: *si bouem*. — 8 *pungnent*. — 9 Nach 'dederit' folgt gleich 304, 12: *Quod si*. — *et* fehlt, *per iurant*. — *inuentus fuerit*. — Cap. 8 fehlt. Z. 21 *hocculto in nocte uel |* Ende des Blattes.

II.

Durch die Güte des H. Prof. Herm. Hagen in Bern erhalte ich auf meine Bitte aus dem Cod. Bern. 289 (Catal. codd. p. 310) fol. 27 die Abschrift eines Erlasses von Ludwig dem Frommen an den Erzb. Hetti von Trier (814—847) über die Weihe unfreier Cleriker, eines Seitenstückes zu den theilweise gleichlautenden Erlassen an Bernwin von Besançon von 821, und Adalram von Salzburg von 823, bei Sickel n. 166 u. 197, vgl. die Anm. S. 321. Er lautet:

† IN NOMINE DNI DI SALVATORIS NRI IHV XPI
HLVDOVVICVS DIVINA ORDINANTE Providentia im-

perator augustus Venerabili viro Hetti Treverensium ecclesiae archiepiscopo. Neminem in genere humano tam pravi iudicii inveniri posse arbitramur, cui quidem mentis constet integritas, qui interrogatus utrum rem suam familiarem et domestica officia per honestas et munditiarum ornatu praeditas, an per turpes et sordidas personas tractari atque administrari velit, non statim honestatem turpitudini censeat praeferendam ¹⁾, seque malle per mundos quam sordidos mundum ac decorum sibi servitium exhiberi. Cum hoc ita natura comparatum sit, ut administrationem rei ²⁾ nostrae familiaris non nisi a mundis et sorde carentibus procurari velimus, quid de officio ad divinum cultum pertinente censendum, per quod deus homini conciliatur et humanorum delictorum nexus mediatione ³⁾ precum et sacrosancti sacrificii litatione resolvuntur? Nonne non solum per mundos et sorde carentes, sed etiam omni praeditas honestate personas debet procurari? Praesertim cum ipse deus in lege sua Moysen famulum suum de sui cultus officio instruens, sacerdotem qui ad altare munus inferret, omni corporis vitio carentem eligere praecepit dicens ⁴⁾: ‘Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes deo suo nec accedet ad ministerium ejus, si caecus fuerit, si claudus, si vel parvo vel grandi et torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus’ et cetera quae in Levitico leguntur. Quapropter et nos ob amorem et honorem dei ac domini nostri Jesu Christi et ob exaltationem sanctae matris nostrae catholicae ecclesiae, quae est corpus ejus, in qua et nos membrum ipsius per bona opera effici cupimus, Consuetudinem pravam et valde reprehensibilem, qua usque in praesens viles quaeque et servili condicione obligatae personae ad presbyteratus ordinem passim admittebantur, abolere cupientes, Congregatis undique sanctarum ecclesiarum rectoribus, episcopis videlicet et abbatibus, et adunato sollemniter populi nostri conventu, conpertaque omnium super hujusce modi negotio voluntate, adnuente adque consentiente, et quod his majus est, etiam petente sacrosancti concilii devota atque concordi unanimitate, Statuimus atque decrevimus, ut abhinc in futurum nulla vilis et servili condicioni obnoxia persona ad gradum presbyterii adspirare permittatur ⁵⁾. Sed si necessitas exegerit ⁶⁾, ut de servitiis vel nostris vel alienis ad hunc ordinem ⁷⁾ aliquis admitti debeat, iugo servitutis prius solemniter absolutus, sic tandem manus inpositionem liber accipiat. Proinde has nostrae imperialis et regiae auctoritatis litteras tuae

1) praeferenda Hs.

2) regni Hs.

3) meditatione Hs.

4) Levit. 21, 17.

5) permitatur Hs.

6) exigerit Hs.

7) o. accipiat a. Hs. augenscheinlich aus Anlass einer Dittographie (accipiat) in der Formel, wo wegen des folgenden ‘accipiat’ geändert war.

sanctitati dandas decrevimus, per quas tibi et successoribus tuis nec non et suffraganeis¹⁾ talem concessam noveris potestatem, ut servus ecclesiasticus tam de tua quam eorum parochia, nec non et de jure monasteriorum quae in tua sive illorum dyocesi constituta sunt, ad presbyteratus ordinem electus, coram clero et plebe, praesente et consentiente eo cujus dominatui idem servus usque in id temporis erat addictus, per te vel illos a jugo servitutis absolvatur et perpetuo liber efficiatur. Modus autem absolutionis et manumissionis illius talis esse debet: Scribatur ei libellus perfectae et absolutae ingenuitatis, more quo hactenus hujusmodi libelli scribi solebant, Civem Romanum liberae potestatis continens. Et in fine libelli tam eorum qui in tua parochia sunt sacerdotum, quam illorum quos dominus servi secum adduxit, testimonii causa nomina describantur. Habeatur in eo et nomen loci, habeatur mensis et diei, et anni regni nostri et indictionis, ut nullus eum legentibus ambiguitatis scrupulus remaneat. Qui libellus ei qui manumittendus est, vel a te²⁾, si ecclesiae tuae fuerit servus, vel a legitimo domino in tua praesentia detur. Et tum demum ad sacri ordinis susceptionem ecclesiastica consuetudine perveniat. Simili modo suffraganei tui in hujusce modi personis liberis dimittendis in suis ecclesiis facient, quia eandem illos per hoc nostrae auctoritatis praeceptum ad hoc faciendum volumus habere potestatem. Bene vale et ora pro nobis.

III.

In der Stadtbibliothek zu Trier befinden sich nach einer Aufzeichnung von Pertz ein Doppelblatt und ein einzelnes Blatt, mit der Aufschrift von Wytttenbach's Hand: Fragmentum ex dono domini Hermes Treviri 1827. Sie gehörten einst zu einer Abschrift des Registrum Gregorii I, welche der Erzbischof Ekbert (977—993) hatte schreiben lassen. Die erste Seite enthält in Goldschrift auf Purpurgrund, eingefasst von buntfarbig geschmücktem Rahmen, die folgenden Verse auf Otto II:

Temporibus quondam tranquilla pace serenis
 Caesaris Ottonis Romana sceptris tenentis
 Italiae necnon Francorum jura regentis,
 Hoc in honore tuo scriptum, Petre sancte, volumen,
 5 Auro contextum, gemmis pulcherrime comptum,
 Ekbertus fieri jussit presul Trevirorum,
 Magnifici fuerat qui compater imperatoris,
 Ejus et in tota cunctis gratissimus aula.
 Qui pater et patriam imperiali rexit honore,

1) subfr. Hs.

2) ante Hs.

- 10 *Justiciae cultor, qui pacis semper amator
Exstitit, et clarus qui fulsit ubique triumphis.
Aurea quae perhibent, isto sub rege fuere
Saecula: sic placida populos in pace regebat,
Deterior donec paulatim ac decolor aetas*
15 *Et belli rabies et amor successit habendi.* (Verg. Aen.
VIII, 324—327).

*Sceptriger imperium qui postquam strenue rexit,
Decessit Romae tua ad atria, Petre, sepultus,
Vivat ut aetherei susceptus in atria regni.*

Auf der Kehrseite steht, gleichfalls in Capitalen, auf sieben abwechselnd purpurnen und grünen Streifen in Goldschrift:

*Incipit liber epistolarum beati Gregorii papae. quas
diuersis in partibus transmittendo edidit. et postea in unum
corpus collectas. eundem librum. a pluribus placuit appellari
registrum:*

Das zweite Blatt ist leer. Das dritte Einzelblatt, etwas rings beschnitten, aber fast genau im Bilde der ersten Schrifttafel gleich, zeigt den Papst Gregorius auf dem Throne sitzend. Sein Gewand ist violett und goldgestickt, darüber hängt das weisse mit drei einzelnen Kreuzen bezeichnete Pallium herab, das Untergewand ist hellbräunlich. Der Papst sitzt auf grünem, goldweiss verziertem Kissen, welches auf der rothgold verzierten Decke des Thrones liegt, unter der rechts und links je ein goldener Hundskopf hervorragt, unten goldene Klauen des Thrones. Seine Füße, goldbeschuh, ruhen auf einem Vorsatze. Die Rechte hält ein goldgebundenes Buch, die Linke ruht auf einem Buche, das auf einem Pulte aufgeschlagen ist. Auf der rechten Schulter sitzt die weisse Taube, welche in sein Ohr flüstert. Um das Haupt der runde Goldreif; darüber mit weisser Schrift GREGORIUS $\overline{p}p$. Darüber hängt eine goldene mit Edelsteinen gezierte Krone von der runden Decke, welche rechts von zwei gelben, links von zwei grünen Säulen, alle mit rothen korinthischen Capitalen, getragen wird. Die Säulen rechts und bis zum Papste hin, sind mit grünlich-weißen velis verhängt; noch weiter rechts ist eine Nische mit grün und rothem velum, das aufgezogen ist; darin sitzt auf rothem Kissen mit Gold, halb stehend, ein Mönch (?) in blauem Gewande, beschuhet, zum Papste hingewendet, in der Linken eine mit tironischen Noten beschriebene grüne Tafel, rechteckig mit geradliniger Handhabe, mit ziemlich breitem Rand um das Wachs, in der Rechten einen goldenen Griffel an den Mund haltend. Ueber ihm steht mit weisser Schrift NOTARIUS.

Die Nische, worin der Papst sitzt, ist mit der des Notars verbunden, letztere eine Art Vorhalle mit besonderem braungelbem Dache. Ueber das ganze Haus geht ein purpurrothes Dach mit goldenem Knopfe.

IV.

Im NA. I, 420 hat Herr Dr. Bresslau eine Litanei aus einer der schönen Mindener Handschriften mitgetheilt, welche sich jetzt in Wolfenbüttel befindet. Ein Seitenstück bietet die Berliner Handschrift Theol. qu. 11 (Arch. VIII, 814), von welcher Hermann von Lerbeke, wo er die Geschenke des Bischofs Sigebert (1022—1036) beschreibt, sagt: 'Quintum (plenarium) continet tropos et sequentias et multa alia singularia. Hic liber secundum externam sui formam in ymaginibus eburneis sicut liber gradualis formatus est. In hujus libri cornibus ymagine videlicet Marcelli, Ysonis, Otharii, Notheris habentur (dieser Einband ist nicht mehr vorhanden). Isti enim tropis et sequentiis operam dedisse reperiuntur.' u. s. w. Ein am Schlusse befindliches, vermuthlich an den Bischof Sigebert gerichtetes Gedicht hat Dümmler im Anz. d. Germ. Mus. 23, 289 mitgetheilt. Von f. 111 an ist die Litanei geschrieben, in welcher es bei sonstiger Uebereinstimmung heisst:

Heinrico Romanorum imperatori augusto a Deo coronato
magno et pacifico vita et victoria.

Chuonrado regi nostro a Deo coronato magno et pacifico vita
et victoria.

Chunigunde imperatrici augustae a Deo coronate salus et vita.

Gisele regine nostrae a Deo coronate salus et vita.

Nobilissime proli regali salus et vita.

Am Schluss nach Erzbischof Pilegrim, Bischof Sigepert, folgt: 'Omnibus iudicibus et cuncto exercitui christianorum vita et victoria'. Ganz augenscheinlich sind hier, weil es keinen Kaiser gab, die alten Namen noch einstweilen an ihrem Platz gelassen. Auf f. 141 v. finden sich aber in einer anderen Litanei noch folgende Bitten:

Ut famem et morbi vim amovere dignetur omnipotens dominus,
optinete precibus.

Ut sevens gladius et paganus populus depellatur a nobis, te
rogamus domine.¹⁾

Ut pastorem tueri nostrum velis et clerum, omnes simul
oramus.

Ut rex noster Henricus ejus et exercitus hinc et inde servetur
oramus.

Diese Bitten passen nur für die Zeiten König Heinrichs I und müssen sich von daher unverändert erhalten haben.

V.

In dem bekannten reichhaltigen Cod. Vat. Christ. 344 finden sich auf f. 36—38 und 50 die folgenden Verse, welche

1) vgl. f. 127 v. Ab incursione alienigenarum libera nos domine.

aus Melrose, einem damals erst kürzlich gestifteten Cistercienserkloster in Schottland, zu stammen scheinen, und sich auf den Hof des Königs Wilhelms des Löwen von Schottland beziehen, der von 1166 bis 1214 regierte. Der englische König Edmund ist, wie R. Pauli bemerkt, Edmund Ironside (1016), der Grossvater der Margareta, Gemahlin Malcolm Canmor's und Stammutter Wilhelms des Löwen. Auskunft über die angedeuteten Verhältnisse zu erhalten, ist nicht gelungen; wir haben den Versen, obgleich der deutschen Geschichte fremd, einen Platz eingeräumt, um sie der gelehrten Forschung darzubieten. Der Deutlichkeit wegen ist e in Flexionsformen in ae verändert.

De quodam priore defuncto.

Absque stâtu status iste levis, leviter stat, et ut sit
Instabilis stando, res manifesta docet.

Hoc docet egra salus, res arta, labor gravis, urens
Anxietas, vitae passio, pena necis.

5 Hoc probat ipse prior, pridem prior, at modo primus
Et solito melior in meliore statu.

Ad scinerem scinis, ad cariem caro transit, ad astra
Spiritus: in proprium migrat uterque locum.

De Edmundo rege Angliae.

Edmundi mundus miratur gesta, serenat
Gloria, festivat fama, perhennat honor.

Firma basis fidei, plebis protectio, regni
Tutor solque suo tempore solus erat.

5 In cives clemens, in principe civis, in hostes
Atrox, multiplici dote beatus homo.

Parca quidem reliquis virtus se clausit in uno,
Felix felicem lampada lumen habens.

Omni virtutum munitus munere, Martis

10 Precipue complens munera miles erat.

Mirum! bis seno confluxit Marte, triumphus
Tot totiens victis intitulavit eum.

O vere vir, et a virtute virum voco, cujus
Non equat meritas laus satis equa vices.

15 A! nullum ejus post ortum breviter fero talem
Anglia se doleat non genuisse virum!

De Willelmo rege Scottorum.

Militat ad titulos Willelmi gloria; spirat

Ad famam, frangens forcias, seva domans.

Rex est, si regis referamus gesta; sed ista

Res sibi Meonium postulat alta pedem.

5 Haec tamen acta rudis utcumque canam, quia sepe

- Regia plebeia voce trophea sonant.
 Arserat in dominum manus impia, serva simultas,
 Contio dedignans, marte, furore, dolo.
 Confluit ad facinus servilis copia, virus
 10 Evomit in natum pernicioſa domus.
 Raro mellificat taxus, dulceſcit acetum,
 Frondet hiems, floret bruma, cicuta ſapit.
 Nescit in illuſtres humilis miteſcere: parce,
 Percutit; impelle, ſtat; reverere, tumeſcit.
 15 Inſtrue, contempnit; blandire, minatur; honora,
 Inſidiatur; ale, diſſipat; odit, ama.
 Da, dedignatur; dita, damnat; cole, calcatur;
 Tolle, tumeſcit; fallit, fide; tuere, premit.
 Tales ſunt, Willelme, tibi, quos inter haberis
 20 Princeps, principio conſona turba ſuo.
 Pullulat in ſobolem primevæ ſtirpis acetum,
 Contrahit a nocuo patre nocere domus.
 Non nequit eſſe nocens aquilonis filius, immo
 Contrahit arthoa de regione malum,
 25 Dumque locale loci labes denigrat, utrumque
 Polluit innatæ plenior olla luis.
 Hinc furit in regem rea concio, bella minatur,
 Quis armat dextram miſſile, pero pedem.
 Proceſſit pannosa cohors, plenoque minarum
 30 Gutturæ magnificat ſequæ ſuumque genus.
 Nobis debetur regio! quis enim neget? ergo
 Serviat indigenis regia juris ope.
 Rura patrum proles petimus, ruſ advena vilis
 Deſerat, et patriis bobus aretur ager.
 35 Exulet hinc exul, iterum ſeu marte probetur,
 An deceat Scottos Scotica terra ſuos.
 Magna minis mandant, bello nichil; ergo movetur
 Rex, et in hoſtilem preparat arma manum.
 Regis ad auditum nomen ſtupefacta caterva
 40 Diffugit, inſequitur hanc galeata manus.
 Fit lepus ad lites belli, qui voce leonem
 Expreſſit: magnus murmure, marte nichil.
 Ceduntur, ceſique cadunt, moriturque cadentum
 Turba, ruinoſo turbine, digna mori.
 45 Sic tibi ſtet regni regimen, rex optime regum:
 Tempus in æternum ſit ſtatus iſte tenax!

Hic incipiunt verſus de Melros.

Vix ſolet eſſe gravis res, quam levis edidit auctor,
 Annus enim titulos impetrat, arſque ſilet.
 Barbari cupere, cum ſit reverentia barbae;
 Sed pilus in mento quid ſine mente? nichil.

- 5 Scire quidem non prima negant, non ultima donant
 Tempora, sed sensus promptus et arte potens.
 Ecce puer scribit, bene vel male nescio: si sic
 Vel si sic recitet, incipit esse suum.
 Dum varios trutino mores, duplicis mihi vitae
- 10 Semita per speculum misteriale patet.
 Hanc typice speciosa Rachel, Lia lippa figurant,
 Et Lia succumbit inferiorque gemit.
 Non sic conveniunt, simili nec munere certant,
 Nec sic respondent haec duo lance pari.
- 15 Non hiis assimilat alterna relatio vultus:
 Haec oculis lippit, purius illa videt.
 Lux male destituit lippam, scintilla Rachelem
 Luce sui penetrat interiore poli.
 Oblectant terrena Liam, divina Rachelem:
- 20 Despicit illa solum, suspicit illa deum.
 Ista sapit terram res terrea, carnea carnem,
 Fex fecem, fedum feda, limosa limum.
 Illa sapit celum res celica, summaque summum,
 Lux lucem, mundum munda, beata bonum.
- 25 Hinc pax, inde labor; amor hinc, ibi rixa perhennis;
 Hinc lis, hinc requies; hinc dolor, inde decus.
 Hanc animi virtus incendit, gloria tollit,
 Spes reficit, pietas recreat, ardor agit.
 Hanc mens destituit, dolor impugnat, timor angit,
- 30 Noxa gravat, pugnant crimina, pena premit.
 Sollicitat labor hinc Martham, mens inde Mariam;
 Sudat Martha querens, fletque Maria sedens.
 Martha sibi bene discurrit, melius soror audit:
 Sane Martha facit, sanius illa videt.
- 35 Haec citra pugnae meritum subcumbere nescit,
 Haec medio languens calle jacere solet.
 In bivium sic dividitur dupla secta sororum:
 Utraque fautores gaudet habere suos.
 Hinc mihi plebs numerosa patet vulgusque laboris:
- 40 Hinc celebres video relligione viros.
 Instituit decreta suis moresque monetat
 Vir vicium reprobans atque probanda probans.
 Vir benedictus hic est, vir felix, factus ad unguem,
 Exsequiturque sui nominis ille notam:
- 45 Divinis manibus vas excisum Benedictus
 Nomine, nec nomen re minus illud habet.
 In quo fulserunt mitis devotio, morum
 Regula, virtutum forma, lucerna boni.
 Se reliquis velud exemplum vitaeque sigillum

- 50 Prebet, et in speculo previa facta patent.
 Hunc sequitur, redoletque virum chorus incola Melros,
 Nec male degenerat a duce secta ducis.
 Sub trutina pensat, sub fine modi moderatur
 Singula, sub certo canone cuncta ligat.
- 55 Hic modus est auriga boni, rerum moderator,
 Hic moritur motus ad scelus omne movens.
 Hic risus sine tristitia, plausus sine planctu,
 Gaudia sunt sine ve, ver sine fine virens.
 Rarus ibi sermo, tenuis sopor, aspera vestis,
- 60 Vulgaris potus insipidusque cibus.
 Non manus hic errat, lux lascivit, gula sevit,
 Fluctuat auditus, naris odora petit.
 Est auris nec delitians, naris nec odorans,
 Gustus agrestis, lux ceca, modesta manus.
- 65 Non hic aspectus bombicina vestis adurit,
 Non in veste locum fucus adulter habet.
 Non varius cibus hic mensae fastidia tollit:
 Dat solitus pastus caseus, ortus olus:
 Non mensas reficit vis discretiva saporum,
- 70 Res ibi nulla sapit absque sapore dei.
 Non carnem caro suspirat, sed nescia carnis
 Carnem dediscit plus caro carne potens.
 Non mores maculat, renes quatit, afficit artus,
 Dissolvit corpus, imperiosa Venus.
- 75 In vultu testis color est et litera cordis,
 Mentis enim facies esse propheta solet.
 Adde loci nomen, locus est hic nomine Melros,
 Quod quasi venturi lingua propheta dedit.
 Ros hic ros sacer est fecundaque gratia celi,
- 80 Mel typus est operis atque figura boni.
 Sit potius Rosmel, quod Melros dicitur, ut sit
 Sillaba posterior anteriore prior.
 Dum ros hic nos irrorat, procedit in esse
 Germen, et in fructus germinis usus abit.

De Hugone Kancellario.

Excitare somno, Musa!
 stilo pridem minus usa,
 mente licet nunc optusa,
 perstrepe simphoniam.
 Toto nisu jocundare,
 mente laudes modulare:
 vox erumpens sonet clare,
 geminans leticiam.

2 Plectra movet tibi quidem,
 qua nunc canis cura pridem:
 tibi rursus instat idem,
 novam dans materiam.
 Causa laudis digna jure,
 causa toti regno curae,
 causa rei profuturæ,
 dum solatur patriam.

- 3 Regni decus, gemmam cleri,
summa salus, auctor veri,
nobis volens misereri,
misit in ausilium.
Salve pastor, lux pastorum,
lima labis, censor morum,
miserator miserorum,
nobis dans solatium.
- 4 Te vernante mundi status
plaudit, ovat hilaratus,
tuo vultu satiatuſ,
exprimendo gaudium.
Ovat virtus singularis,
quod virtute sublimaris,
quod virtuti prepararis
sedes et pallacium.
- 5 Jure virtus illam regit
sedem sibi quam elegit,
quam nec frangit neque
fregit
viciſſimum copia.
Te festivat trina dote,
quam conscendis, summa
rotae,
dum laborat illa pro te,
mira donans premia.
- 6 Digna primum meditaris,
sermo sequens sonat parhiis,
bona demum operaris,
duo complens alia.
Hii sunt gradus quos ascen-
dis,
haec est via per quam tendis,
carens labe, mundus mundis,
alma plenus gracia.
- 7 Abundanter illam satis
tibi confert numen gratis,
dum exercet pietatis
larga manus opera.
Haec ruenti quam sub-
ponis,
manus crebro plena donis,
manus nunquam parca
bonis,
quorum levas honera.
- 8 Vernat ergo tui status,
ad virtutes elevatus,
justus, prudens, temperatus,
fortis, ferens aspera.
Haec est vere via morum,
hic est trames beatorum:
o vere beati, quorum
sunt tam clara munera.
- 9 Istis rivis debriatus,
hoc liquore satiatuſ,
fons hoc rore fecundatus,
dignus es memoria.
Cujus nomen venerari,
cujus laudes modulari,
cujus pedes amplexari
jure gaudet Scotia.
- 10 Ut concludam verbo brevi:
solus nostri sol es evi,
mala mutans manu levi,
merorem in gaudia.
Ergo nostrae carnis moli
jura solvens, mole soli
liber, scandes alta poli
mansurus in gloria.

Ridmus de sancto Toma.

(f. 47—50, von c. 570 Versen, von denen wir nur Anfang
und Ende geben).

A. et a. karissimi patris pax et homo,
Quos amplector intimi pectoris in domo:
Vestris vobis precibus nova quedam promo

Novis de insingnibus factis Tome thomo.

(Den Schluss bildet die 6 zeilige Strophe:)

Martir, presul, monache, flos canonicorum,
 Voti compos medice, Thomas flos Anglorum,
 Vitam nostram statuens pio statu morum,
 Nos post vitam munere munera piorum,
 Prece tua precibus annuens tuorum,
 Prestet id quod petimus, regni rex celorum.

Explicit Ridmus.

(Unmittelbar darauf folgt:)

Discordia inter socerum et generum.

- 1 Peritorum cogit concilium
 rex Villelmus, ut per consilium
 Imminentis dampni remedium
 consequatur.
 Conspirarunt inter se comites,
 populare terrarum limites;
 set de causa litis ne dubites,
 declaratur.
- 2 Nam insurgit socer in generum,
 offendentem socrum et socerum:
 gener sponsam vitat et superum
 iras emit.
 Violato jam matrimonio
 tota statim turbatur regio:
 fraus infrendit, regnat seditio,
 Mavors fremit.
- 3 Et jam turba turbae concurreret,
 ensis ensem, pes pedem premeret,
 nisi rex prudens litem subprimeret
 et erratus.
 Concordare discordes statuit,
 acu pacis dirupta resuit,
 fracti juris destructa restruit
 rex beatus.
- 4 Herumpnis opressos liberat,
 libra juris censenda ponderat,
 discrepantes fide confederat
 providenter.
 Hic extollit sensum in robore,
 robur sensum regit in tempore,
 sic Ulixem gerit in Hectore
 imminenter.

1,3 iminentis Hs.

3,1 concureret Hs.

4,3 contenderat Hs.

4,8 iminenter Hs.

5 Hujus ergo regis prudentia
aberrantum sapit insania,
versus litis in pacis gaudia
dolor cedit.

Set hoc laudi laudes acumulat,
inconsultis quod docte consulat,
quo Mars fugit, quo furor exulat
et pax redit.